



AD AUTOREM ALTERAM
PARTEM CONFORTATIVAE SA-
CRÆ SYMPHONIACÆ
edentem.

DVrum HARTMANNE tibi Nomen SORS aspra
quod addit,
Improbat & tellus, improbat atq; polus.
Nuper enim juvenam collecta CORONA virumq;
Quando tuas caneret suaviter Harmonias:
Audiit Isaides cœlestis in æthere Choraules,
Audiit, & supero sic ait ille choro:
Æmulus ambrosio quis mecum carmine certat?
Quisquis is est, mecum præmia digna feret.
Præmia digna feres, HARTMANNE: perenniter in sta
Harmoniis igitur concelebrare DEVM.
Axis habet, si terra negat tibi præmia: DVRVVM
Et NOMEN facilis mitigat Antiphrasis:
Lucidus ut lucus; ceu PARCAE parcere nôrunt:
Sic melicâ HARTMANNVS durus in arte VIR est:

*Animo gratulabundo
facieb.*

Stephan. Siebenlist H. F.
P.L. Cæsar.